Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio II.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

successivè Ubicationem intrinsecam, quia semper mutatur aliquod corpus a quo prius eram magis vel minus distans, et per consequens mutatur mea praesentia localis, et ego semper mutabor intrinsecè localiter, cum motus localis non sit aliud quam acquisitio illius formae relativae quae me facit praesentem vel distantem respectu aliorum corporum. 3tio quia illa relatio non est ad coelum secundum suam substantiam, nam potest esse coelum in rerum natura et meum corpus non distare tantum ab eius polis et relatio illa debet esse ad coelum non secundum se, sed prout in tali distantia vel spatio et est ad coelum prout habet iam aliam relationem et una relatio est ad aliam, quod in relationibus praedicamentalibus repugnat, quia terminus debet supponi ut resultet haec relatio praedicamentalis. 4to quia illa relatio distantiae vel propinquitatis praesupponit rem esse hic vel ibi vel aliquid aliud, nam res esse indistantes est unam esse ubi est alia et supponit singulas esse ibi, sicut duo alba esse similia fundamentaliter est unum habere qualitatem talem qualem habet aliud, singula autem ante relationem supponunt habere talem qualitatem, et sicut duas res coexistere in duratione est unam existere tunc quando existit alia, singulae autem supponuntur existere tunc independenter ab illa relatione coexistentiae. similiter ergo coexistere ~~coexistere~~ localiter supponit singula ibi existere, ut resultet denominatio existentis ibi ubi est alia.

Infero 2do quid sit praesentia ad locum seu spatium reale extrinsecum, quod scilicet v: g: Petrum esse praesentem huic gymnasio, de hac enim praesentia dicendum est esse denominationem partim extrinsecam partim intrinsecam ipsi Petro, quia provenit ab Ubi intrinseco huius gymnasii et ab Ubi intrinseco ipsius Petri, nihil enim aliud est Petrum esse in hoc gymnasio quam gymnasium esse hic seu habere tale Ubi et Petrum esse hic seu habere etiam tale Ubi, quare ablato Ubi huius gymnasii si forte gymnasium moveretur a Deo in alium locum posset Petrus manere hic cum suo Ubi intrinseco et nec iam in hoc gymnasio, vel e contra si moveatur Petrus et ~~sic~~ abeat in alium locum iam non est in gymnasio ex defectu sui Ubi quod prius habebat, unde etiam intelligitur in quo sensu verum esse possit quod dicebat S. Thomas supra praesentiam localem esse denominationem extrinsecam, loquitur enim fortasse de praesentia ad locum realem extrinsecum.

Una restat difficultas, quia si tota essentia huius praesentiae est non in ordine ad locum realem sed in ordine ad spatium imaginarium quod respicit ~~tunc~~ cum hoc spatium sit aliquid fictum et merum nihil, respectus etiam ad illum terminatus non poterit esse realis. pro huius explicatione necesse est declarare breviter quid intelligamus nomine illius spatii imaginarii.

SECTIO II.

Quid sit Spatium imaginarium, in ordine ad quod explicatur essentia praesentiae localis?

Diximus Ubi seu praesentiam intrinsecam per suam essentiam respicere non quidem spatium

spatium reale seu corpus extrinsecum circumdans, sed spatium imaginariū immobile cui facit præsentem rem vbicatam, oportet iam explicare quid significet per hunc modum loquendi aut quid sit hoc spatium imaginarium quod respicitur ab Vbi.

Ratio dubitandi est, quia hoc spatium prout distinguitur ab omni corpore extrinseco non potest esse aliquid reale, quale aliqui Philosophi antiquiores conati sunt astruere; neque enim est corpus, nec spiritus, nec substantia, nec accidens, imo nec productū aut creatum a Deo, nam ante omnem mundi creationem erat iam illud spatium vacuum cui nunc præsens est mundus quia revera hoc spatium est merum nihil quia etiam Vbicationes reales non desumuntur in ordine ad tale spatium, accidens enim reale quale est Vbi non potest respicere et referri per suam entitatem ad purum nihil.

Dices: spatium illud licet non sit ens reale esse tamen ens rationis, quare potest terminare aliquem respectum realem, sicut chymera licet habeat entitatem fictam terminat respectum realem illius cognitionis per quam cognoscitur. Sed contra, quia licet ens rationis terminet actum cognitionis per entitatem fictā quam habet, hoc tamen ipsum non habet donec ~~et~~ fingatur saltem per mentem, at vero spatiū imaginarium ante omnem mentis operationem deberet terminare hunc respectū quem habet Vbi quia antequam sit ens rationis ~~erit aliquid~~ terminat illum respectum quia impossibilis est talis respectus ad spatium imaginarium.

In contrarium tamen est communis modus loquendi quo significamus aliquid esse spatiū commune in quo recipiuntur omnia entia realia quæ a Deo creantur, et ratione cuius dicimus hoc Vbi ex sua natura habere quod ponat Petrum hic seu in hoc spatio, dicimus item corpus et animam esse in eodem spatio et omnes partes Corporis Christi in Eucharistia correspondere eidem spatio et alia huiusmodi, in quibus supponitur dari aliquod spatiū cui eidem correspondeat corpus et anima et quod distinguatur ab alio spatio in quo aliquid non est quia non sunt neganda hæc spatia.

Omissis varijs explicationibus breviter dicendum est hoc spatium re ipsa esse omnino nihil, ut bene probat argumentum, nec dari a parte rei nisi hanc præsentiā localem et illam quæ sit duæ entitates positivæ et absolutæ, cæterum hoc Vbi A v.g. per suam entitatem tale est ut fundet relationem distantiæ duorum palmorum ab Vbi B, hoc est, fundet relationem maioris distantiæ quam ab alijs 20 Vbicationibus a quibus minus et minus distat et relationem etiam minoris distantiæ quam ab alijs Vbicationibus a quibus magis et magis distabit. itaque quando dicimus hoc Vbi respicere tale spatium, nolumus explicare aliquem ordinem quem tale Vbi dicat vere ad spatium illud, spatium enim nihil ~~aliud~~ est, quod possit terminare talem respectum, sed significamus hoc Vbi fundare talem ordinem distantiæ ab illo alio Vbi. item quando dicimus hoc Vbi dare Petro quod sit hic per illud hic nolumus significare aliquod spatium cui præsens sit Petrus per tale Vbi, sed solum significamus Petrum habere tale Vbi per quod tantum vel tantum distet ab alijs Vbicationibus. denique quando dicimus duos Angelos esse in eodem spatio seu unum esse ubi est alter, nolumus

significare

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

significare aliquid coñe, qd habeat vtrumq, sed solum dicimus vtrumq Vbi fundare similes otro relaões distantiæ vel propinquitatis cum alijs psentibus, & fundare etiam relaões indistantiæ ad inuicem. qa tn mens nra assuefacta e ad percipiendum spatium reale in quo corpora recipiant, inde e qd soleamus explicare nros ubi per ordinem ad illud spatium imaginarium ac si eet vacuitas quædam magna quæ replet locatis rebus per diuersas psentias, e in hac vacuitate consideramus latitudinem, longitudinem, e profunditatem, consideramus etiam puncta quædam imaginaria fixa quæ appellamus centrum imaginarium in ordine ad qd rimamus distantiam vel indistantiam rerum, qd nihil aliud e quam aliqd Vbi possibile in ordine ad qd reliquæ Vbicaões ht talem vel talem relaõem distantiæ vel propinquitatis, e qa aliud st Vbicaões possibiles a quibus distaret magis meum Vbi quam ab alijs ubi quæ de facto dant, consideramus vltra Cœlum empyreum spatia quædam imaginaria latissima quæ nihil aliud st quam Vbicaões possibiles infinitæ sincategorematice, a quibus magis e magis poet distare mea Vbicao, e qa Deus n pt ee distans ab vlla Vbicaõe possibili dicimus etiam Deum ee psentem oibus spatijs imaginarijs e hoc ee infinita, quæ oia etiam de duraõe intelligi debent, nam ex pluribus duraõibus realibus quæ st possibiles e quæ magis vel minus inter se distant, formamus etiam e concipimus aliud spatium imaginarium temporale seu ~~vbi~~ duraões imaginariæ cui dicerent res coexistere per propriam duraõem.

Dixi hoc Vbi A per suam entitatem fundare solum relaõem talis vel talis distantiæ ab Vbi B, qa reuera hoc Vbi A per suam entitatem n ht respectum tãlem sed solum fundamentalem ad illud aliud Vbi B, nam licet Vbi B n eet possibile existere, poet hoc Vbi A cum tota sua entitate, fundat tn dictam relaõem distantiæ ad Vbi B, qa si illud Vbi B ponat, eo ipso ista dua Vbicaões per suas entitates dicant taliter inter se distare, sicut licet albedo per suam entitatem n respiciat nigredinem, fundat tn per suam entitatem relaõem dissimilitudinis cum nigredine, hoc e, ht talem entitatem vt eo ipso qd existat nigredo dicat albedo magis dissimilis illi quam colori viridi vel rubro.

Contra hunc modum explicandi spatij imaginarij obijciunt aliqui recentiores. Jmo qa ipsamet Vbicaõ possibilis requirit a nobis vt constituere rem in aliquo spatio extrinseco, igit ipsamet Vbicaõ n e spatium imaginariũ, h e terminus sui ipsius. 2do qa vnam Vbicaõem possibilem distinguimus ab alia per ordinem ad diuersam partem spatij extrinseci, igit ipsamet Vbicaõ n e prima mensura huius distinctionis e consequenter ipsa n e spatium imaginarium. 3tio deniq qa plures Vbicaões possibiles concipimus in ordine ad idem spatium imaginarium, & dicimus per illas constitui rem in eodem spatio ergo Vbicaões ipsæ n st spatium imaginarium. fatendum ergo e spatium illud ee aliqd fictum ab intellectu in ordine ad qd explicamus e concipimus

Vbicaões

Ubicaões reales.

Ego quidem fateor poẽ ẽ solere aliquando ꝯfingi ab Mecte tale
spatium positivum, sed n̄ credo semper imo nec coïter ꝯcipi a nobis Ubicaões
reales cum ordine ad tale spatium fictum, nam si hoc eẽt, illæ propositiones
quibꝫ coïter utimur — eẽt falsæ in rigore sermonis, dicere v. g.
Ubicaõ ꝯstituit me realiter in spatio ficto vel qd hæc Ubicaõ distinguit ab
illa per ordinem quem hẽt ad diversum spatium fictum, vel deniq qd mea Ubi-
caõ hodierna hẽt ordinem ad idem spatium fictum ad qd habebat ordinẽ
Ubicaõ hesterna, et aliæ similes propositiones n̄ sẽt magis veræ in rigore,
quam si dicas Ubicaõem realem dicere ordinem ad Chymeram vel ꝯstitu-
ere me realiter in Chymera, imo nec ꝯciperemꝰ veras Ubicaões reales quando
ꝯciperemꝰ illas cum ordine transcendentali ẽ eẽtiali ad spatium fictum,
nam sicut talis ordo ẽ impoẽbilis sic ẽ impoẽbilis Ubicaõ hñs per suam
eẽtiam talem ordinem transcendentalem.

Ad argũta ergo illa R̹ ex dictis per illas propositiones ẽ locuões n̄
intendi explicari a nobis ordinem ad spatium fictum, sed nõe spatij ima-
ginarij intelligi talem vel talem classem Ubicaõum poẽbilium, nam sicut
quando dicimꝰ colorem album v. g. per suam entitatem ptinere ad talem
gradum pfectionis intra genꝰ coloris, atq ideo hanc albedinem ẽ illam pti-
nere ad eundem gradum pfectionis, n̄ significamꝰ aliquem gradum
fictum pfectionis ad quem referamꝰ illos colores, sed certam classem rea-
lem colorum poẽbilium diversam a classibꝫ aliorum oĩum colorum ad
quam classem dicimꝰ ptinere hos duos colores, sic etiam quando dicimus
hanc Ubicaõem ꝯstituere me in ~~eodem~~ tali spatio significamꝰ hanc Ubicaõem
ptinere ad talem classem Ubicaõum poẽbilium diversam a classibꝫ aliorum
~~[illegible]~~ oĩum, ẽ ideo dicimꝰ hanc Ubicaõem distingui ab illa per hoc spatium,
hoc ẽ, qa ẽ talis nimirum ptinens ad talem classem Ubicaõum, ẽ deniq
in eodem sensu dicimꝰ hanc Ubicaõem ẽ illam ẽe in eodem spatio, hoc ẽ, in ea-
dem classe Ubicaõum poẽbilium. cæterum qa n̄ habemꝰ nõia ad significandã
differentiam propriam huiꝰ classis quam volumꝰ denotari hinc ẽ qd recur-
rimꝰ ad aliquam Ubicaõem magis notam per quam significamꝰ classem Ubi-
caõum poẽbilium de qua loquimur, cum ẽ. Auditores cognoscant iam alioquĩ
Ubicaõem huiꝰ Cathedræ, ergo dico Petrum fuisse in hoc eodem spatio in quo
ego sum, hoc ẽ habuisse Ubicaõem eiusdem classis vel similem huic Ubicaõi
quam ego habeo, ẽ in eodem sensu dicimꝰ hanc Ubicaõem per suam eẽtiam
respicere hoc spatium, id ẽ ptinere per suam eẽtiam ad eandem vel ad proxi-
mam classem Ubicaõum, horum corporum circumstantium quæ videmꝰ ẽ in
ordine ad quorum Ubicaões nobis notas explicamꝰ differentiam propriam alterius
Ubicaõis de qua loquimur, quæ oĩa poẽmꝰ ꝯcipere ẽ significare absq ullo ente rationis
vel fictione, quæ magis impediret quam iuvaret ad cognitionem veræ

ẽ realis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST